[illegible] in Paroch
Sti Laurentii in
Exon

Atque addidit. Resurrexit. non est hic. Non est
hic dicitur per presentiam carnis. qui tamen nusquam
deerat per presentiam maiestatis. Sed ite
dicite discipulis eius et petro. quia precedet
uos in galileam. Querendum nobis est. cur
nominatis discipulis petrus designatur
ex nomine. Sed si hunc angelus nomina
tim non exprimeret. qui magistrum nega
uerat. uenire inter discipulos non auderet.
Vocatur ergo ex nomine. ne desperaret ex ne
gatione. Qua in re considerandum nobis
est. cur omnipotens deus eum quem cuncte ecclesie
preferre disposuerat. ancille uocem pertime
scere. et se ipsum negare permisit. Quod ni
mirum. magne actum esse pietatis dis
pensatione cognoscimus. Vt is qui futurus
erat pastor ecclesie in sua culpa disce
ret. qualiter aliis misereri debuisset.
Prius itaque eum ostendit sibi. et tunc pre
posuit ceteris. Vt ex sua infirmitate co
gnosceret. quam misericorditer aliena infirma